

VERSION LATINE ET COURT THÈME

Durée : 5 heures

VERSION

Espoir et inquiétude à Rome

Lors de la deuxième guerre punique, P. et Cn. Cornélius Scipion sont morts à la tête des armées d'Espagne, en 211 av. J.-C., en combattant contre les Carthaginois. Dans les circonstances dramatiques que connaît alors Rome, le jeune P. Cornélius Scipion, le futur Africain, se porte candidat à leur succession.

Eo decursum est ut proconsuli creando in Hispaniam comitia haberentur ; diemque comitiis consules edixerunt. Primo expectauerant ut qui se tanto imperio dignos crederent nomina profiterentur ; quae ut destituta expectatio est, redintegratus luctus acceptae cladis desideriumque imperatorum amissorum.

Maesta itaque ciuitas prope inops consilii comitiorum die tamen in campum descendit ; atque in magistratus uersi circumspectant ora principum aliorum alios intuentium, fremuntque adeo perditas res desperatumque de re publica esse ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere, cum subito P. Cornelius, P. Cornelii qui in Hispania ceciderat filius, quattuor et uiginti ferme annos natus, professus se petere, in superiore unde conspici posset loco constitit. In quem postquam omnium ora conuersa sunt, clamore ac fauore ominati extemplo sunt felix faustumque imperium. Iussi deinde inire suffragium, ad unum omnes non centuriae modo, sed etiam homines P. Scipioni imperium esse in Hispania iusserunt. Ceterum post rem actam ut iam resederat impetus animorum ardorque, silentium subito ortum et tacita cogitatio quidnam egissent ; nonne fauor plus ualuisset quam ratio ? Aetatis maxime paenitebat ; quidam fortunam etiam domus horrebant nomenque ex funestis duabus familiis in eas prouincias ubi inter sepulcra patris patrique res gerendae essent proficiscentis.

Tite-Live

THÈME

Lorsqu'on met sur la scène une simple intrigue d'amour entre des rois, et qu'ils ne courent aucun péril, ni de leur vie, ni de leur État, je ne crois pas que, bien que les personnes soient illustres, l'action le soit assez pour s'élever jusqu'à la tragédie. Sa dignité demande quelque grand intérêt d'État, ou quelque passion plus noble et plus mâle que l'amour, telles que sont l'ambition ou la vengeance.

Corneille, *Discours de l'utilité et des parties du poème dramatique*

I VERSION

La crainte de la mort

Denique auarities et honorum caeca cupido
quae miseros homines cogunt transcendere fines
iuris, et interdum socios scelerum atque ministros
noctes atque dies niti praestante labore
5 ad summas emergere opes, haec uulnera uitae
non minimam partem mortis formidine aluntur.
Turpis enim ferme contemptus et acris egestas
semota ab dulci uita stabilique uidetur
et quasi iam leti portas cunctarier ante ;
10 unde homines dum se falso terrore coacti
effugisse uolunt longe longaeque remosse,
sanguine ciuili rem conflant diuitiasque
conduplicant audi, caedem caede accumulantes ;
crudeles gaudent in tristi funere fratris,
15 et consanguineum mensas odere timentque.
Consimili ratione ab eodem saepe timore
macerat inuidia : ante oculos illum esse potentem,
illum aspectari, claro qui incedit honore,
ipsi se in tenebris uolui caenoque queruntur.
20 Intereunt partim statuarum et nominis ergo.
Et saepe usque adeo, mortis formidine, uitae
percipit humanos odium lucisque uidendae,
ut sibi consciscant maerenti pectore letum,
obliti fontem curarum hunc esse timorem,
25 hunc uexare pudorem, hunc uincula amicitiai
rumpere, et in summa pietatem euertere suasu.
Nam iam saepe homines patriam carosque parentis
prodiderunt, uitare Acherusia templa petentes.

Lucrèce

II COURT THÈME

Parmi toutes les grandeurs du monde, il n'y a rien de si éclatant qu'un jour de triomphe ; et j'ai appris de Tertullien que ces illustres triomphateurs de l'ancienne Rome marchaient avec tant de pompe, que, de peur qu'étant éblouis d'une telle magnificence, ils ne s'élevassent enfin au-dessus de la condition humaine, un esclave qui les suivait avait charge de les avertir qu'ils étaient hommes.

Bossuet, *Sermon sur les devoirs des Rois*.

I : VERSION

Une rencontre effrayante

Enée et sa flotte viennent de recueillir un naufragé sur le rivage sicilien. Celui-ci les prévient que les parages de l'Etna, qu'ils s'apprêtent à quitter, abritent les Cyclopes.

- Vix ea fatus erat summo cum monte uidemus
ipsum inter pecudes uasta se mole mouentem
pastorem Polyphemum et litora nota petentem,
monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.
- 5 Trunca manum pinus regit et uestigia firmat ;
lanigeræ comitantur oues, ea sola uoluptas
solamenque mali.
- Postquam altos tetigit fluctus et ad aequora uenit,
luminis effossi fluidum lauit inde cruorem
- 10 dentibus infrendens gemitu, graditurque per aequor
iam medium, necdum fluctus latera ardua tinxit.
- Nos procul inde fugam trepidi celerare recepto
supplice sic merito, tacitique incidere funem,
uertimus et promi certantibus aequora remis.
- 15 Sensit, et ad sonitum uocis uestigia torsit.
- Verum ubi nulla datur dextra adfectare potestas
nec potis Ionios fluctus aequare sequendo,
clamorem immensum tollit, quo pontus et omnes
contremuere undae, penitusque exterrita tellus
- 20 Italiae curisque immugiit Aetna cauernis.
- At genus e siluis Cyclopum et montibus altis
excitum ruit ad portus et litora complent.
- Cernimus astantis nequiquam lumine toruo
Aetnaeos fratres caelo capita alta ferentis,
- 25 concilium horrendum : quales cum uertice celso
aeriae quercus aut coniferae cyparissi
constiterunt, silua alta Iouis lucusue Dianae.
- Praecipitis metus acer agit quocumque rudentis
excutere et uentis intendere uela secundis.

Virgile

II : THÈME

Une plus belle ressource pour le favori disgracié que de se perdre dans la solitude et ne faire plus parler de soi, c'est de se jeter, s'il se peut, dans quelque haute et généreuse entreprise, qui relève ou confirme du moins son caractère, et rende raison de son ancienne faveur ; qu'il fasse qu'on le plaigne dans sa chute et qu'on en rejette une partie sur son étoile.

La Bruyère, *Les Caractères* – Du souverain

I : VERSION

Rêve d'une vie à la campagne, à l'écart des tentations

Etsi me inuito discedis, Cynthia, Roma,
laetor quod sine me deuia rura coles.
Nullus erit castis iuuenis corruptor in agris,
qui te blanditiis non sinat esse probam ;
5 nulla neque ante tuas orietur rixa fenestras,
nec tibi clamatae somnus amarus erit.
Sola eris et solos spectabis, Cynthia, montes
et pecus et fines pauperis agricolae.
Illic te nulli poterunt corrumpere ludi
10 fanaque, peccatis plurima causa tuis.
Illic assidue tauros spectabis arantis,
et uitem docta ponere falce comas ;
atque ibi rara feres inculto tura sacello,
haedus ubi agrestis corruet ante focos ;
15 protinus et nuda choreas imitabere sura,
omnia ab externo sint modo tuta uiro.
Ipse ego uenabor : iam nunc me sacra Dianae
suscipere et Veneris ponere uota iuuat.
Incipiam captare feras et reddere pinu*
20 cornua et audacis ipse monere canes ;
non tamen ut uastos ausim temptare leones
aut celer agrestis comminus ire sues.
Haec igitur mihi sit lepores audacia mollis
excipere et structo fallere auem calamo,
25 qua formosa suo Clitumnus flumina luco
integit, et niueos abluit unda boues.
Tu, quotiens aliquid conabere, uita, memento
uenturum paucis me tibi Luciferis.
Properce, *Elégies*

* *reddere pinu* signifie ici « suspendre à un pin en offrande ».

II : THÈME

Un des principaux fruits de l'étude des empires et de leurs révolutions est d'examiner comment les hommes, séparés, pour ainsi dire, en plusieurs grandes familles, ont formé diverses sociétés ; comment ces sociétés ont cherché à se distinguer les unes des autres tant par les lois qu'elles se sont données que par les signes particuliers que chacune a imaginés pour que ses membres communiquent plus facilement ensemble.

D'Alembert, *Discours préliminaire à l'Encyclopédie*

I : VERSION

Réflexions sur le bon usage des richesses

Omnino duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales : prodigi, qui epulis et uiscerationibus et gladiatorum muneribus, ludorum uenationumque apparatu pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem aut nullam omnino sint relicturi ; liberales autem, qui suis facultatibus aut captos a praedonibus redimunt aut aes alienum suscipiunt amicorum aut in filiarum collocatione adiuuant aut opitulantur uel in re quaerenda uel augenda. Itaque miror, quid in mentem uenerit Theophrasto, in eo libro quem « De diuitiis » scripsit, in quo multa praeclare, illud absurde : est enim multus in laudanda magnificentia et apparitione popularium munerum taliumque sumptuum facultatem fructum diuitiarum putat. Mihi autem ille fructus liberalitatis, cuius pauca exempla posui, multo et maior uidetur et certior. Quanto Aristoteles grauius et uerius nos reprehendit, qui has pecuniarum effusiones non admiremur, quae fiunt ad multitudinem deleniendam. Ait enim qui ab hoste obsidentur, si emere aquae sextarium cogerentur mina, hoc primo incredibile nobis uideri omnesque mirari, sed cum adtenderint, ueniam necessitati dare, in his immanibus iacturis infinitisque sumptibus nihil nos magnopere mirari, cum praesertim neque necessitati subueniatur nec dignitas augeatur.

Cicéron, *De Officiis* II 16

II : COURT THÈME

Personne n'est ni tranquille, ni sage, ni bon, ni heureux, qu'autant qu'il connaît son instinct et le suit bien fidèlement. Que ceux qui sont nés pour l'action suivent hardiment le leur ; l'essentiel est de faire bien. S'il arrive qu'après cela le mérite soit méconnu et le bonheur seul honoré, il faut pardonner à l'erreur : les hommes ne sentent les choses qu'au degré de leur esprit.

Vauvenargues, *Réflexions sur divers sujets*

I VERSION

Agrippine rapporte à Rome les cendres de son époux Germanicus

Dies quo reliquiae tumulo Augusti inferebantur modo per silentium uastus, modo ploratibus inquires ; plena urbis itinera, conlucentes per Campum Martis faces. Illic milites cum armis, sine insignibus magistratus, populus per tribus concidisse rem publicam, nihil spei reliquum clamitabant, promptius apertiusque quam ut meminisse imperitantium crederes. Nihil tamen Tiberium magis penetrauit quam studia hominum accensa in Agrippinam, cum decus patriae, solum Augusti sanguinem, unicum antiquitatis specimen appellarent uersique ad caelum ac deos integram illi subolem ac superstitem iniquorum precarentur.

Fuere qui publici funeris pompam requirerent compararentque quae in Drusum patrem Germanici honora et magnifica Augustus fecisset : ipsum quippe asperrimo hiemis Ticinum usque progressum neque abscedentem a corpore simul urbem intrauisse ; circumfusas lecto Claudiorum Iuliorumque imagines ; defletum in Foro, laudatum pro Rostris, cuncta a maioribus reperta aut quae posterius inuenerint cumulata ; at Germanico ne solitos quidem et cuicumque nobili debitos honores contigisse ; sane corpus ob longiquitatem itinerum externis terris quoquo modo crematum, sed tanto plura decora mox tribui par fuisse quanto prima fors negauisset.

Tacite, *Annales* III 4-5 (168 mots)

II COURT THÈME

Le mépris des richesses était pour les philosophes un désir caché de venger leur mérite de l'injustice de la fortune, par le mépris des mêmes biens dont elle les privait ; c'était un secret pour se garantir de l'avilissement de la pauvreté ; c'était un chemin détourné pour aller à la considération, qu'ils ne pouvaient avoir pour les richesses.

La Rochefoucauld, *Maxime* 57 (59 mots)

I VERSION

Ovide exilé écrit à sa femme.

Haec mea si casu miraris epistula quare
alterius digitis scripta sit, aeger eram,
aeger in extremis ignoti partibus orbis
incertusque meae paene salutis eram.
Quem mihi nunc animum dira regione iacenti
inter Sauromatas esse Getasque putes ?
Nec caelum patior nec aquis adsueuimus istis,
terraque nescio quo non placet ipsa modo.
Non domus apta satis, non hic cibus utilis aegro,
nullus Apollinea qui leuet arte malum,
non qui soletur, non qui labentia tarde
tempora narrando fallat, amicus adest.
Lassus in extremis iaceo populisque locisque,
et subit adfecto nunc mihi quicquid abest.
Omnia cum subeant, uincis tamen omnia, coniux,
et plus in nostro pectore parte tenes.
Te loquor absentem, te uox mea nominat unam ;
nulla uenit sine te nox mihi, nulla dies.
Quin etiam sic me dicunt aliena locutum
ut foret amenti nomen in ore tuum.
Si iam deficiam subpressaue lingua palato
uix instillato restituenda mero,
nuntiet huc aliquis dominam uenisse, resurgam,
Spesque tui nobis causa uigoris erit.
Ergo ego sum dubius uitae, tu forsitan istic
iucundum nostri nescia tempus agis.

Ovide, *Tristes*

II COURT THÈME

L'histoire vous a fait connaître par une longue suite de faits en quoi consiste le bonheur des états ; mais ce n'est point là le seul avantage que vous en retirerez. Elle vous apprendra encore par quels moyens et avec quel art on peut établir les bons principes chez un peuple qui les a toujours ignorés ou qui les a abandonnés.

Condillac, *De l'étude de l'histoire*, III, 3.

I. VERSION

Contre Sulla.

Par ce discours prononcé en 79 ou 78 av. J.-C., le consul M. Aemilius Lepidus cherche à soulever le peuple contre Sulla.

Clementia et probitas uostra, Quirites, quibus per ceteras gentis maximi et clari estis, plurimum timoris mihi faciunt aduersus tyrannidem L. Sullae, ne, quae ipsi nefanda aestumatis, ea parum credendo de aliis circumueniamini (praesertim cum illi spes omnis in scelere atque perfidia sit neque se aliter tutum putet quam si peior atque intestabilior metu uostro fuerit, quo captis libertatis curam miseria eximat) aut, si prouideritis, in tutandis periculis magis quam in ulciscendo teneamini. Satellites quidem eius, homines maximi nominis, optimis maiorum exemplis, nequeo satis mirari, qui dominationis in uos seruitium suum mercedem dant, et utrumque per iniuriam malunt quam optumo iure liberi agere : praeclara Brutorum atque Aemiliorum et Lutatiorum proles, geniti ad ea quae maiores uirtute peperere subuortunda ! Nam quid a Pyrrho, Hannibale Philippoque et Antiocho defensum est aliud quam libertas et suae cuique sedes, neu cui nisi legibus pareremus ? Quae cuncta scaeuos iste Romulus quasi ab externis rapta tenet, non tot exercituum clade neque consulum et aliorum principum quos fortuna belli consumpserat satius, sed tum crudelior, cum plerosque secundae res in miscrationem ex ira uertunt.

Salluste, *Hist.*, I, 55.

II. THÈME

Conseils d'une mère à sa fille¹

Elle faisait souvent à sa fille des peintures de l'amour ; elle lui montrait ce qu'il a d'agréable pour la persuader plus aisément sur ce qu'elle lui en apprenait de dangereux ; elle lui contait le peu de sincérité des hommes, leurs tromperies et leur infidélité, les malheurs domestiques où plongent les engagements et quelle tranquillité suivait la vie d'une honnête femme.

Madame de Lafayette, *La princesse de Clèves*.

¹ Traduire le titre

I. VERSION LATINE

Merveilles de l'instinct chez les animaux

Non uides quanta sit subtilitas apibus ad fingenda domicilia, quanta diuidui laboris obeundi undique concordia ? Non uides quam nulli mortalium imitabilis illa aranei textura, quanti operis sit fila disponere (alia in rectum inmissa firmamenti loco, alia in orbem currentia ex denso rara), – qua minora animalia, in quorum perniciem illa tenduntur, uelut retibus implicata teneantur ? Nascitur ars ista, non discitur. Itaque nullum est animal altero doctius : uidebis araneorum pares telas, par in fauis angulorum omnium foramen. Incertum est et inaequabile quicquid ars tradit : ex aequo uenit quod natura distribuit. Haec nihil magis quam tutelam sui et eius peritiam tradidit, ideoque etiam simul incipiunt et discere et uiuere. Nec est mirum cum eo nasci illa sine quo frustra nascerentur. Primum hoc instrumentum in illa natura contulit ad permanendum, conciliationem et caritatem sui. Non poterant salua esse nisi uellent : nec hoc per se profuturum erat, sed sine hoc nulla res profuisset. Sed in nullo dependes uilitatem sui, ne neglegentiam quidem. Tacitis quoque et brutis, quamquam in cetera torpeant, ad uiuendum sollertia est. Videbis quae aliis inutilia sunt, sibi ipsa non deesse.

Sénèque, *Lettres à Lucilius*, 121, 22-24.

II. THÈME

Plus un déclamateur ferait d'efforts pour m'éblouir par les prestiges de son discours, plus je me révolterais contre sa vanité. Son empressement pour me faire admirer son esprit me paraîtrait le rendre indigne de toute admiration. Je cherche un homme sérieux qui me parle pour moi et non pour lui ; qui veuille mon salut et non sa vaine gloire.

Fénelon, *Lettre à l'Académie*.

I. VERSION LATINE

La mort de Subrius Flavus

Une vague de dénonciations provoque la condamnation des complices de Pison

Mox eorundem indicio Subrius Flauus, tribunus, peruertitur, primo dissimilitudinem morum ad defensionem trahens, neque se armatum cum inermibus et effeminatis tantum facinus consociaturum; dein, postquam urgebatur, confessionis gloriam amplexus; interrogatusque a Nerone quibus causis ad obliuionem sacramenti processisset, « Oderam te, inquit; nec quisquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruisti; odisse coepi, postquam parricida matris et uxoris, auriga et histrio et incendiarius exstitisti. » Ipsa rettuli uerba, quia non, ut Senecae, uulgata erant, nec minus nosci decebat militaris uiri sensus incomptos et ualidos. Nihil in illa coniuratione grauius auribus Neronis accidisse constitit, qui, ut faciendis sceleribus promptus, ita audiendi quae faceret insolens erat. Poena Flauii Veianio Nigro, tribuno, mandatur. Is proximo in agro scrobem effodi iussit; quam uisam Flauus ut humilem et angustam increpans, circumstantibus militibus, « Ne hoc quidem, inquit, ex disciplina. » Admonitusque fortiter protendere ceruicem, « Utinam, ait, tu tam fortiter ferias! » Et ille, multum tremens, cum uix duobus ictibus caput amputauisset, saeuitiam apud Neronem iactauit, sesquiplaga interfectum a se dicendo.

Tacite, *Annales*, XV, 67.

II. THÈME LATIN

Sans désintéressement, point de vertu. Je demandais à un berger pourquoi ses chiens étaient si fidèles : c'est, me dit-il, parce qu'ils ne vivent que de pain. Si je les avais nourris de chair, ils seraient des loups. Je fus frappé de sa réponse. En général, mes amis, la plus sûre façon de réprimer les vices, c'est de restreindre les besoins.

Marmontel, *Bélisaire*, 13.

I. VERSION LATINE

L'État romain et la langue grecque

Magistratus uero prisci quantopere suam populiue Romani maiestatem retinentes se gesserint hinc cognosci potest, quod inter cetera obtinendae grauitatis indicia illud quoque magna cum perseuerantia custodiebant, ne Graecis umquam nisi Latine responsa darent. Quin etiam ipsos, linguae uolubilitate, qua plurimum ualent, excussa, per interpretem loqui cogeabant non in urbe tantum nostra, sed etiam in Graecia et Asia, quo scilicet Latinae uocis honos per omnes gentes uenerabilior diffunderetur. Nec illis deerant studia doctrinae, sed nulla non in re pallium togae subici debere arbitrabantur, indignum esse existimantes inlecebris et suauitati litterarum imperii pondus et auctoritatem donari. Quapropter non es damnandus rustici rigoris crimine, C. Mari, quia gemina lauru coronatam senectutem tuam, Numidicis et Germanicis inlustrem tropaeis, uictor deuictae gentis facundia politiolem fieri noluisti, credo, ne alienigena ingenii exercitatione patrii ritus serus transfuga existeres. Quis ergo huic consuetudini, qua nunc Graecis actionibus aures curiae exurdantur, ianuam patefecit ? Vt opinor, Molo rhetor, qui studia M. Ciceronis acuit : eum namque ante omnes exterarum gentium in senatu sine interprete auditum constat. Quem honorem non inmerito cepit, quoniam summam uim Romanae eloquentiae adiuuerat.

Valère Maxime

II. THÈME

Si mon dessein était d'écrire pour le public, je choisirais un sujet plus intéressant que celui de ma vie ; mais comme ce n'est que pour ma famille et mes amis, je crois que je ne puis rien faire de plus agréable pour eux et de plus commode pour moi, que de leur raconter naïvement les divers événements qui me sont arrivés.

H. de Campion, *Mémoires*

I. VERSION LATINE

Faut-il appeler de ses vœux une longue vie ?

Rex Pylus, magno si quicquam credis Homero,
exemplum uitae fuit a cornice¹ secundae.
Felix nimirum, qui tot per saecula mortem
distulit atque suos iam dextra computat annos²,
5 quique nouum toties mustum bibit. Oro parumper
attendas quantum de legibus ipse queratur
fatorum et nimio de stamine, cum uidet acris
Antilochi barbam ardentem, cum quaerit ab omni
quisquis adest socio, cur haec in tempora duret,
10 quod facinus dignum tam longo admiserit aeuo.
Haec eadem Peleus, raptum cum luget Achillem,
atque alius, cui fas Ithacum lugere natantem.
Incolumi Troia Priamus uenisset ad umbras
Assaraci magnis sollemnibus, Hectore funus
15 portante ac reliquis fratrum ceruicibus inter
Iliadum lacrimas, ut primos edere planctus
Cassandra inciperet scissaque Polyxena palla,
si foret exstinctus diuerso tempore, quo non
coeperat audaces Paris aedificare carinas.
20 Longa dies igitur quid contulit ? Omnia uidit
euersa et flammis Asiam ferroque cadentem.
Tunc, miles tremulus, posita tulit arma tiara
et ruit ante aram summi Iouis ut uetulus bos,
qui domini cultris tenue et miserabile collum
25 praebet, ab ingrato iam fastiditus aratro.
Exitus illi utcumque hominis, sed torua canino
latrauit rictu quae post hunc uixerat uxor.

Juvénal, *Satires*

II. THÈME LATIN

Peu de gens se souviennent d'avoir été jeunes, et combien il leur était difficile d'être chastes et tempérants. La première chose qui arrive aux hommes après avoir renoncé aux plaisirs, ou par bienséance, ou par lassitude, ou par régime, c'est de les condamner dans les autres. Il entre dans cette conduite une sorte d'attachement pour les choses mêmes que l'on vient de quitter.

La Bruyère, *Les Caractères*

¹ La corneille était réputée pour sa longévité.

² Les unités et les dizaines étaient comptées sur la main gauche, les centaines et les milliers sur la main droite.

I. VERSION LATINE

Réflexions sur le recul du luxe

Luxus mensae, a fine Actiaci belli ad ea arma quis Seruius Galba rerum adeptus est, per annos centum profusis sumptibus exerciti, paulatim exoleuere. Causas eius mutationis quaerere libet. Dites olim familiae nobilium aut claritudine insignes studio magnificentiae prolabebantur : nam etiam tum plebem, socios, regna colere et coli licitum ; ut quisque opibus, domo, paratu speciosus, per nomen et clientelas illustrior habebatur. Postquam caedibus saeuitum et magnitudo famae exitio erat, ceteri ad sapientiora conuertere. Simul noui homines, e municipiis et coloniis atque etiam prouinciis in senatum crebro adsumpti, domesticam parsimoniam intulerunt, et, quamquam fortuna uel industria plerique pecuniosam ad senectam peruenirent, mansit tamen prior animus. Sed praecipuus adstricti moris auctor Vespasianus fuit, antiquo ipse cultu uictuque. Obsequium inde in principem et aemulandi amor ualidior quam poena ex legibus et metus. Nisi forte rebus cunctis inest quidam uelut orbis, ut quem ad modum temporum uices, ita morum uertantur ; nec omnia apud priores meliora, sed nostra quoque aetas multa laudis et artium imitanda posteris tulit. Verum haec nobis in maiores certamina ex honesto maneat !

Tacite, *Annales*

II. THÈME LATIN

Il y avait parmi eux¹ une dame du pays, à qui je demandai si elle avait mangé des hommes ; elle me répondit très naïvement qu'elle en avait mangé. Je parus un peu scandalisé ; elle s'excusa en disant qu'il valait mieux manger son ennemi mort que de le laisser dévorer aux bêtes, et que les vainqueurs méritaient d'avoir la préférence.

Voltaire, *Dictionnaire philosophique*, article « Anthropophages »

¹ Il s'agit de « quatre sauvages du Mississipi », amenés à Fontainebleau.

I. VERSION LATINE

Une victoire romaine contre les troupes numides

Romani ex improviso pulueris uim magnam animaduertunt ; nam prospectum ager arbustis consitus prohibebat. Et primo rati humum aridam uento agitari, post, ubi aequabilem manere et, sicuti acies mouebatur, magis magisque adpropinquare uident, cognita re, properantes arma capiunt ac pro castris, sicuti imperabatur, consistunt. Deinde ubi propius uentum est, utrimque magno clamore concurritur. Numidae, tantummodo remorati dum in elephantis auxilium putant, postquam eos inpeditos ramis arborum atque ita disiectos circumueniri uident, fugam faciunt, ac plerique, abiectis armis, collis aut noctis quae iam aderat auxilio integri abeunt. Elephanti quattuor capti ; reliqui omnes, numero quadraginta, interfecti. At Romani, quamquam itinere atque opere castrorum et proelio fessi erant, tamen, quod Metellus amplius opinione morabatur¹, instructi intentique obuiam procedunt ; nam dolus Numidarum nihil languidi neque remissi patiebatur. Ac primo obscura nocte postquam haud procul inter se erant, strepitu, uelut hostes aduentarent, alteri apud alteros formidinem simul et tumultum facere ; et paene imprudentia admissum facinus miserabile, ni utrimque praemissi equites rem explorauissent. Igitur pro metu repente gaudium mutatur ; milites alius alium laeti appellant, acta edocent atque audiunt, sua quisque fortia facta ad caelum fert.

Salluste, *Guerre de Jugurtha*

II. THÈME LATIN

J'ai vu des gens chez qui la vertu était si naturelle qu'elle ne se faisait pas même sentir : ils s'attachaient à leur devoir sans s'y plier, et s'y portaient comme par instinct. Bien loin de relever par leurs discours leurs rares qualités, il semblait qu'elles n'avaient pas percé jusques à eux. Voilà les gens que j'aime.

Montesquieu, *Lettres persanes*

¹ Métellus était le général en chef de l'armée romaine, laquelle s'était momentanément scindée.

I. VERSION LATINE

Plaintes d'Ariane

Dans une lettre adressée à Thésée, Ariane retrace les circonstances de son abandon sur l'île de Naxos.

Excitor¹ et summa Thesea² uoce uoco.
« Quo fugis? » exclamo. « Scelerate reuertere Theseu³ !
Flecte ratem ! Numerum non habet illa suum ! »
Haec ego ; quod uoci deerat, plangore replebam ;
uerbera cum uerbis mixta fuere meis.
Si non audires, ut saltem cernere posses,
iactatae late signa dedere manus,
candidaque imposui longae uelamina uirgae,
scilicet oblitos admonitura mei.
Iamque oculis ereptus eras ; tum denique fleui ;
torpuerant molles ante dolore genae.
Quid potius facerent, quam me mea lumina flerent,
postquam desierant uela uidere tua ?
Aut ego diffusis erraui sola capillis,
qualis ab Ogygio concita Baccha deo ;
aut mare prospiciens in saxo frigida sedi,
quamque lapis sedes, tam lapis ipsa fui.
Saepe torum repeto qui nos acceperat ambos,
sed non acceptos exhibiturus erat,
et tua, quae possum, pro te uestigia tango
strataque, quae membris intepuere tuis.
Incumbo lacrimisque toro manante profusis :
« Pressimus », exclamo, « te duo ; redde duos.
Venimus huc ambo ; cur non discedimus ambo ?
Perfide, pars nostri, lectule, maior ubi est ? »
Quid faciam ? quo sola ferar ? uacat insula cultu ;
non hominum uideo, non ego facta boum.

Ovide, *Héroïdes*

II. THÈME LATIN

Je ne méprise pas les hommes. Si je le faisais, je n'aurais aucun droit, ni aucune raison, d'essayer de les gouverner. Je les sais vains, ignorants, avides, inquiets, capables de presque tout pour réussir, pour se faire valoir, même à leurs propres yeux, ou tout simplement pour éviter de souffrir. Je le sais : je suis comme eux, du moins par moments, ou j'aurais pu l'être.

M. Yourcenar, *Mémoires d'Hadrien*

¹ Sous le coup de la douleur, Ariane s'était évanouie.

² *Thesea* : accusatif singulier.

³ *Theseu* : vocatif singulier.

I. VERSION LATINE

Comment interpréter la foudre lancée par Jupiter ?

In his¹ prima specie, si intueri uelis, errat antiquitas. Quid enim tam imperitum est quam credere fulmina e nubibus Iouem mittere, columnas, arbores, nonnumquam statuas suas petere, uti, impunitis sacrilegis, percussoribus, incendiariis, pecudes innoxias feriat, et adsumi in consilium a Ioue deos, quasi in ipso parum consilii sit ? Illa laeta esse et placata fulmina quae solus excutiat, perniciose quibus mittendis maior turba numinum intersit ? Si a me quaeris² quid sentiam, non existimo tam hebetes fuisse ut crederent Iouem iniquae uoluntatis aut certae minus peritiae. Vtrum enim tunc cum emisit ignes quibus innoxia capita percuteret, scelerata transiret, noluit iustius mittere an non successit ? Quid ergo secuti sunt, cum haec dicerent ? Ad coercendos imperitorum animos sapientissimi uiri iudicauerunt inuitabilem metum, ut aliquid supra nos timeremus. Vtile erat in tanta audacia scelerum esse aduersus quod nemo sibi satis potens uideretur ; ad conterrendos itaque eos quibus innocentia nisi metu non placet posuerunt supra caput uindicem, et quidem armatum.

Sénèque, *Questions naturelles*

- 1) *In his* : sur ces sujets.
- 2) Dans les *Questions naturelles*, Sénèque s'adresse à Lucilius.

II. THÈME LATIN

Je sais que votre occupation est importante et sérieuse. Vous voulez savoir ce que vous êtes et ce que vous serez un jour, quand vous cesserez d'être ici. Mais, dites-moi, je vous prie, vous peut-il tomber dans l'esprit que ces philosophes, dont vous lisez les écrits avec tant de soin, aient trouvé ce que vous cherchez ? Ils l'ont cherché comme vous, Monsieur, et ils l'ont cherché vainement.

Saint-Évremond, *L'homme qui veut connaître toutes choses ne se connaît pas lui-même*

I. VERSION LATINE

La maison de Philémon et Baucis

Lors d'un banquet, un convive raconte comment les dieux Jupiter et Mercure reçurent l'hospitalité d'un couple de vieillards.

Tiliae contermina quercus	1
collibus est Phrygiis modico circumdata muro ;	
ipse locum uidi ; nam me Pelopeia Pittheus	
misit in arua suo quondam regnata parenti.	
Haud procul hinc stagnum est, tellus habitabilis olim,	5
nunc celebres mergis fulicisque palustribus undae.	
Iuppiter huc specie mortali cumque parente	
uenit Atlantiades positis caducifer alis.	
Mille domos adiere locum requiemque petentes,	
mille domos clausere serae. Tamen una recepit,	10
parua quidem, stipulis et canna tecta palustri ;	
sed pia Baucis anus parilique aetate Philemon	
illa ¹ sunt annis iuncti iuuenalibus, illa	
consenuere casa paupertatemque fatendo	
effecere leuem nec iniqua mente ferendo.	15
Nec refert dominos illic famulosne requiras ² :	
tota domus duo sunt, idem parentque iubentque.	
Ergo ubi caelicolae paruos tetigere penates	
summissoque humiles intrarunt uertice postes,	
membra senex posito iussit releuare sedili,	20
quo super iniecit textum rude sedula Baucis	
inque foco tepidum cinerem dimouit et ignes	
suscitat hesternos foliisque et cortice sicco	
nutrit et ad flammas anima producit anili [...].	

Ovide, *Métamorphoses*

Notes :

1) *illa* : comprendre *illa casa*.

2) traduction du v. 16 : « Inutile de chercher là des maîtres et des serviteurs ».

II. THEME LATIN

De toutes les passions, celle qui est la plus inconnue à nous-mêmes, c'est la paresse ; elle est la plus ardente et la plus maligne de toutes, quoique sa violence soit insensible, et que les dommages qu'elle cause soient très cachés ; si nous considérons attentivement son pouvoir, nous verrons qu'elle se rend en toutes rencontres maîtresse de nos sentiments, de nos intérêts et de nos plaisirs [...].

La Rochefoucauld, *Maximes et Réflexions diverses*

I. VERSION LATINE

Les maladies du corps atteignent aussi l'âme, qui mourra comme lui

Huc accedit uti uideamus, corpus ut ipsum
suscipere inmanis morbos durumque dolorem,
sic animum curas acris luctumque metumque ;
quare participem leti quoque conuenit esse.
Quin etiam morbis in corporis auius errat
saepe animus ; dementit enim deliraque fatur,
interdumque graui lethargo fertur in altum
aeternumque soporem, oculis nutuque cadenti,
unde neque exaudit uoces nec noscere uoltus
illorum potis est, ad uitam qui reuocantes
circumstant lacrimis rorantes ora genasque.
Quare animum quoque dissolui fateare necessest,
quandoquidem penetrant in eum contagia morbi.
Nam dolor ac morbus leti fabricator uterquest,
multorum exitio perdocti quod sumus ante.
Denique cur, hominem cum uini uis penetrauit
acris et in uenas discessit diditus ardor,
consequitur grauitas membrorum, praepediuntur
crura uacillanti, tardescit lingua, madet mens,
nant oculi, clamor, singultus, iurgia gliscunt,
et iam cetera de genere hoc quaecumque secuntur,
cur ea sunt, nisi quod uemens uiolentia uini
conturbare animam consuevit corpore in ipso ?
At quaecumque queunt conturbari inque pediri,
significant, paulo si durior insinuarit
causa, fore ut pereant aeuo priuata futuro.

Lucrèce

II. COURT THÈME

Que dirait-on d'un homme qui, voyant tous les jours son image dans le miroir et s'y regardant sans cesse, ne s'y reconnaîtrait jamais et ne dirait jamais : « Me voilà ! » ; ne l'accuserait-on pas d'une stupidité peu différente de la folie ? C'est néanmoins ce que font tous les hommes, et c'est même l'unique secret qu'ils ont trouvé pour se rendre heureux.

Pierre Nicole, *De la connaissance de soi-même*

I. VERSION LATINE

Une rixe violente

Des habitants d'Ombos et de Tentyra, deux localités égyptiennes qu'oppose un conflit religieux, s'affrontent et en viennent aux mains.

Sed iurgia prima sonare
incipiunt animis ardentibus ; haec tuba rixae,
dein clamore pari concurritur, et uice teli
saeuit nuda manus. Paucae sine uulnere malae,
uix cuiquam aut nulli toto certamine nasus
integer. Aspiceres iam cuncta per agmina uultus
dimidios, alias facies et hiantia ruptis
ossa genis, plenos oculorum sanguine pugnos.
Ludere se credunt ipsi tamen et puerilis
exercere acies, quod nulla cadauera calcent.
Et sane quo tot rixantis milia turbae,
si uiuunt omnes ? Ergo acrior impetus, et iam
saxa inclinatis per humum quaesita lacertis
incipiunt torquere, domestica seditioni
tela, nec hunc lapidem, qualis et Turnus et Ajax,
uel quo Tydides percussit pondere coxam
Aeneae, sed quem ualeant emittere dextrae
illis dissimiles et nostro tempore natae.
Nam genus hoc uiuo iam decrescebat Homero,
terra malos homines nunc educat atque pusillos ;
ergo deus quicumque aspexit, ridet et odit.
A deuerticulo repetatur fabula. Postquam
subsidiis aucti, pars altera promere ferrum
audet et infestis pugnam instaurare sagittis.
Terga fugae celeri praestant instantibus Ombis¹
qui uicina colunt umbrosae Tentyra palmae.

Juvénal, *Satires*

II. COURT THÈME

Vous me demandez, ma chère enfant, si j'aime toujours bien la vie. Je vous avoue que j'y trouve des chagrins cuisants ; mais je suis encore plus dégoûtée de la mort : je me trouve si malheureuse d'avoir à finir tout ceci par elle, que, si je pouvais retourner en arrière, je ne demanderais pas mieux. Je me trouve dans un engagement qui m'embarrasse.

Madame de Sévigné, *Lettres*

¹ *Ombis* est ici employé au pluriel pour désigner les habitants de la ville d'Ombos.

I. VERSION LATINE

Assassinat de Domitien

En septembre 96 après J.-C., une conspiration de palais est organisée pour assassiner Domitien, le dernier empereur de la dynastie des Flaviens. Les exécutants sont notamment Stephanus, Clodius, Maximus et Satur.

Cunctantibus conspiratis, quando et quo modo, id est lauantemne an cenantem, adgrederentur, Stephanus, Domitillae¹ procurator et tunc interceptarum pecuniarum reus, consilium operamque obtulit. Ac sinisteriore brachio uelut aegro lanis fascisque per aliquot dies ad auertendam suspicionem obuoluto, sub ipsam horam dolonem interiecit ; professusque conspiracy indicium et ob hoc admissus legenti traditum a se libellum et attonito suffodit inguina. Saucium ac repugnantem adorti Clodius cornicularius et Maximus Partheni² libertus et Satur decurio cubiculariorum et quidam e gladiatorio ludo uulneribus septem contrucidarunt. Puer, qui curae Larum cubiculi ex consuetudine assistens interfuit caedi, hoc amplius narrabat, iussum se a Domitiano ad primum statim uulnus pugionem puluino subditum porrigere ac ministros uocare, neque ad caput quidquam excepto capulo et praeterea clausa omnia repperisse ; atque illum interim arrepto deductoque ad terram Stephano conluctatum diu, dum modo ferrum extorquere, modo quamquam laniatis digitis oculos effodere conatur. Occisus est XIII. Kal. Octob. anno aetatis quadragesimo quinto, imperii quinto decimo. Cadaver eius populari sandapila per uispillones exportatum Phyllis nutrix in suburbano suo Latina uia funeravit, sed reliquias templo Flauiae gentis clam intulit.

Suétone, *Vie de Domitien*

II. THÈME LATIN

J'ai été nourri aux lettres dès mon enfance et, parce qu'on me persuadait que, par leur moyen, on pouvait acquérir une connaissance claire et assurée de tout ce qui est utile à la vie, j'avais un extrême désir de les apprendre. Mais, sitôt que j'eus achevé tout ce cours d'études au bout duquel on a coutume d'être reçu au rang des doctes, je changeai entièrement d'opinion.

Descartes, *Discours de la méthode*

¹ Domitilla : nièce de Domitien.

² Parthenius : affranchi et chambellan de Domitien.

I. VERSION LATINE

Les femmes romaines tentent de fléchir Coriolan

Coriolan (surnom de Caius Marcius), homme d'État et général romain exilé chez les Volsques, ses anciens ennemis, marche sur Rome. Une délégation de femmes romaines, avec à leur tête sa mère Veturia et sa femme Volumnia, se présente à lui.

Tum matronae ad Veturiam matrem Coriolani Volumniamque uxorem frequentes coeunt. Id publicum consilium an muliebris timor fuerit, parum inuenio : peruicere certe ut et Veturia, magno natu mulier, et Volumnia, duos paruos ex Marcio ferens filios, secum in castra hostium irent et, quoniam armis uiri defendere urbem non possent, mulieres precibus lacrimisque defenderent. Vbi ad castra uentum est nuntiatumque Coriolano est adesse ingens mulierum agmen, primo, ut qui nec publica maiestate in legatis nec in sacerdotibus tanta offusa oculis animoque religione motus esset, multo obstinatio aduersus lacrimas muliebres erat ; dein familiarium quidam qui insignem maestitia inter ceteras cognouerat Veturiam, inter nurum nepotesque stantem, « Nisi me frustrantur, inquit, oculi, mater tibi coniunxque et liberi adsunt. » Coriolanus prope ut amens consternatus ab sede sua cum ferret matri obuia complexum, mulier, in iram ex precibus uersa, « Sine, priusquam complexum accipio, sciam, inquit, ad hostem an ad filium uenerim, captiua matris in castris tuis sim. In hoc me longa uita et infelix senecta traxit ut exsulem te, deinde hostem uiderem ? Potuisti populari hanc terram, quae te genuit atque aluit ? Non tibi, quamuis infesto animo et minaci perueneras, ingredienti fines ira cecidit ? Non, cum in conspectu Roma fuit, succurrit : intra illa moenia domus ac penates mei sunt, mater coniunx liberique ? »

Tite-Live, *Histoire romaine*

II. THÈME LATIN

Le dédain léger des Grecs, que je n'ai jamais cessé de sentir sous leurs plus ardents hommages, ne m'offensait pas ; je le trouvais naturel ; quelles que fussent les vertus qui me distinguaient d'eux, je savais que je serais toujours moins subtil qu'un matelot d'Égine, moins sage qu'une marchande d'herbes de l'Agora. J'acceptais sans irritation les complaisances un peu hautaines de cette race fière.

M. Yourcenar, *Mémoires d'Hadrien*